Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

si ipam ex artificio sumpsit alienam certe utique si
omnia facere volui(s). Merito ergo in presenti negocio no-
bilis sanguinis cognicionem meret calculum reportare. Cum
Mulier mulier. Multum mihi videtur super tua admirandum
prudencia quod tam evidenter contrarie te ipsum tuis niteris
sermonibus obligare nam tu nobilis sanguinis
a generosis invenaris parentibus ipse conaris nobilitati
detrahere et contra ipsius placitare iura contendis
quod tamen tuo honorabiliter dicto defendis et in hanc
declinas sententiam ut magis in plebeya quam in nobili
probitatem censtimem laudandam, quod omne bonum
quod est rarum carum esse solet nullatenus dubitatur
Cum sic unde. Quam valde iustam sententiam re-
puto atque rectam satis opinioni et ideo me invita
iura fateri oportet pocius esse querendam auctorem
probitatis multe plebeye quam nobilis minima
probitate decore. Cum ergo plebeyorum genus multum
in tua persona probitate meruit exaltari non im-
merito te michi solam ex universis mulierum consorcio
dominam pelegi et per te solam cuncta disposui bona
peragere. Non deum indesinenter exorare ut tuos
sibi inseret firmiterque cordi propositum mea con-
tinuus servicia carpe ut cottidie in beneficiendo
meus possit animus incrementum suscipere atque
per hoc valeam adoptata digne munera perci-
Mulier pere. Cum mulier. Non videtur tue multum nobi-
litati convenire vel congruere ad plebeye mulieris